

# Emendationes Nonianae.

Scripsit

Frid. Henr. Both.

## Praefatio.

Verum esse proverbium de secundis curis melioribus, in me ipso expertus nuper sum, cum haec studia diu intermissa repeterem. Alia enim nunc plana atque expedita esse visa sunt, quibus olim adhaeseram; alia pro sanis tum habita et mendis laborare intellexi, et genuina tandem, ut opinor, verba poëtarum (nam cum poëtis tantummodo Latinorum, a Nonio citatis, tragicis comicisque etiam hic res mihi est) conjectura assecutus sum; nonnulla tamen ne nunc quidem, quamvis in omnes partes versanti, enucleare mihi contigit, eaque monstra scripturae procuranda me felicioribus relinquuo. Invitus autem carui quibusdam libris, ad has litteras pertinentibus, quos dudum expetitos nondum accepi, neque in hac vicinia reperire potui: ut fere meo Marte res agenda esset, denuoque pertimescendum Criticorum, quibus pullulat Germania, supercilium; praesertim eorum, qui nil nisi codices praedicare solent, multumque legendo paulatim, quod sibi metuebat vir Graecorum \*) instructus sapientia, Lessingius, cogitare desueverunt. Multi enim hic quoque Thysigeri sunt, pauci Bacchi; sexcentisque saepe evolutis libris ubi carbones inveneris pro thesauris, tamen eo redactus fueris, ut tecum habites, et spem omnem rei, quam tractas, bene administrandae in te tuaque *particula divinae aurae* reponendam esse censeas Vale, lector candide, nobisque tibi cupientibus fave.

Dabam Constantiae ad lacum Brigantinum, mense Augusto anni p. C. n. 1836.

\*) Winckelmanns (Abhandlung von der Fähigkeit der Empfindung des Schönen); „Das viele Wissen, sagen die Griechen, erweckt keinen gesunden Verstand.“ Pindarus Ol. 2, 94. ed. Thiersch.: Σοφός δὲ πολλὰ εἰδώς φυγεῖ· μαθόντες δὲ λάθροι παγγκωσσίγε εἰσ.

A. T R A G I C I ,  
*quorum tamen Ennius et Naevius etiam comoedias  
 scripserunt.*

## I. L. Attius.

I. *Aegistho*, p. 110, 32., P. S. 5, p. 160:

Heu, cheu, cuiatis stirpem funditus fligi studet! t. t. c.

Id malim nunc, vel quiddam simile, potius quam distrahi interiectionem et iambicum senarium usurpari in loco tam pathetico. Terent. Eun. 4, 4, 48.: *Oic! PH. Alio pacto honeste hinc quomodo abeam, nescio.*

## II. Aenacdis.

1. p. 22, 14, P. S. 5, p. 163:

a. Summa ibi pol duelli est. b. Quorsum aut quibu' se a partibus i. s.

Glicscunt?

De voce *Dis*, quae habetur apud Nonium, sentio sicut olim, male repetitam esse ex antecedente.

2. p. 98, 11, P. S. 5, p. 161:

Patrio exemplo et me dicabo et devotabo animam hominibus. t. t. c.

3. p. 123, 12, 126, 13, P. S. 5, p. 162:

Fateor; sed enim saepe ignavit spe fortis expectatio.  
t. t. c.

Vulgo: *Fat.*, sed saepe ign. fortis in spe exp. omissum fuerit enim, tanquam superfluum, in natum ex m. praegresso. *spe fortis*, sicut Juvenalis Sat. 4, 3.: *solaque lididine fortis*. verba *spe expect.* separanda erant cum euphoniae causa, cum propterea, ut *spe*, vox gravis, ictum metricum acciperet.

4. p. 139, 20, P. S. 5, p. 162.:

— Galli voce canora et fremitu peragunt minitabiliter. t. t.

5. p. 174, 20, P. S. 5, p. 162.:

Et nunc etc. Recte Lipsius.

6. p. 200, 29, P. S. ib.

7. a. Castra haec vestrū est. b. Optime escis meritus de  
nobis (Deci). t. t. c.

Inauditum *castra* genere feminino. Quare suspicor, *vestrū*  
forte mutatum esse in *vestrā* et *vestra..*

8. p. 224, P. S. 5, p. 162.:  
a. Vim Gallicam obduc contra in aciem exercitum. i. s.  
b. Vae patrium hostili infusum sanguen sanguini!

III. *Agamemnonidis*, p. 146, 29, P. S. 5, p. 163.:  
Oblitteratas immicitias memoria i. s.  
Renovare Pelopidarum.

Verba prologi. vocabulum *extincta* sive *extinctas* fluxit e glossa.

IV. *Alcmaone*, p. 487, P. S. 5, p. 166.:  
— Qui ducat, esse, te cum socerum viderit, t. t. c.  
Generibus tantam impietatem?

Sed vix admitto istud *Generibus*, malimque sane: — *Qui*  
*ducat*, *te* — *viderit*, *Generis tantam esse imp.*? Vel: —  
*viderit*, *Ibus tantam e. imp. Ibus*, generis. Hoc superscri-  
ptum verbo *ibus* interpretandi gratia cum in ipsum ordinem  
pervenisset, facile *generisibus* mutatum fuerit, idque fortasse  
ab ipso Marcello, in *generibus*.

V. *Alphesiboea*, quae fabula eadem fuerit Alcmaone.

1. p. 15, 9, P. S. 5, p. 166.:  
Quid ita? tamne obscure dictum est, tamve inenodabile?  
t. t. c.

2. p. 73, 26, P. S. 5, p. 167.:  
— Sede, i. s.

Angustitati inclusa saxi squalida!

3. p. 136, 19, P. S. 5, p. 167.:

Cum ipsa simitu? Misericordia meorum nulla est liberūm.  
t. t. c.

*miseritudo*, misericordia, sicut Astyanact. 2. Verba, opinor,  
Phenei, lamentantis, filiae sua. Alcmaonem, Callirrhoës  
amore flagrantem, non misereri filiae sua. narraverit nun-  
tius, se illum una cum Callirrhoë offendisse.

4. p. 279, 25, P. S. 5, p. 167:

— In malis t. t. c.

Meus etsi est depositus animus, quae scibo, exinde audies.

5. p. 280, 4, P. S. ibid.:

At vereor, cum te fratrem Alcmaeoni esse factis dedicas,  
i. t.

Ibidem haec videntur verba Phegei ad alterum filiorum, qui palam quam ex insidiis invadere Alcmaeonem maluerit. Apollodorus 3, 7, 5.: — ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν Φηγέως παιδῶν, ἐπιτάξαντος τοῦ Φηγέως, ὀναρεῖται. timet pater filio ab Alcmaeone, viro fortissimo.

6. p. 485, 23, P. S. 5, p. 168:

Odiosum hostificumque diem ob vim, turbamque, adspectumque horribilem! t. t.

Exclamatio, ni fallor, Alcmaeonis, agitati a Furiis.

#### VI. *Amphitruone.*

1. p. 1, 27, P. S. 5, p. 169:

An mavis male mala mulcari aetate exemplis omnibus? i. t.

2. p. 39, 21, P. S. 5, p. 170. malim: *Non parvolam rem ordibor* etc.

VII. *Andromacha*, p. 515, 13, P. S. 5, p. 170:

Etsi modo annos multos etc.

#### VIII. *Andromeda.*

1. p. 174, 22, P. S. 5, p. 171:

Nam quod dicam, aut metu te, aut segnitate, addubitare  
haud meum est. i. t.

2. p. 424, 2, P. S. 5, p. 172. bene Bergk. l. c. ad Enn. Andromed. fr. 2.: *adiuter*, quam verbi huius formam veteres usurparunt, velut Pacuvius Chryse, fr. 10. cf. Non. v.  
Adiutatur.

#### IX. *Antenoridis.*

1. p. 127, 1, P. S. 5, p. 173:

Namque huc advenio etc.

libri: *N. huc venio*, vel: *N. huc invenio*. hoc propius vero,

cum fieri potuerit, ut d et n litterae permutarentur, quemadmodum pene pro pede scriptum est apud Vellejum. quamquam ne id quidem temere negabo, ad haustum esse ab - uc, - ac, similis, quod antecedit.

2. p. 541, 16, P. S. 5, p. 174:

— Quin illorum copias t. t. c.

Fundam in campo, aut navis uram, aut castra metabo  
in mare.

perperam Nonius: *mactabo*, cuius mendae hos velut gradus  
fuisse arbitror: *maetabo*, *mactabo*, quemadmodum *a*, *ae* et *c*  
confundi scimus. ipse Antenoridarum naves occupaturus, ex  
iisque oppugnaturus eos est dux Illyriorum.

X. *Antigona*, p. 357, 21, P. S. 5, p. 175:

*Attat* — *obitu sonitus*. pars trochaici.

XI. *Armorum iudicio*.

1. p. 143, 21, P. S. 5, p. 178:

— Oculi noxitudo t. t.

Oblitteretur Pelopidarum etc.

*Oculi noxitudo*, oculus noxious, invidia Atridarum quam in  
oblivionem adduci cupit Ajax armis Achillis sibi liberaliter  
concessis, eoque beneficio sanctescere malignum illud genus.  
v. I. H. Voss. ad Virg. idyll. 3, 103.

2. p. 257, 15, P. S. 5, p. 177:

Quid est? componere ausis mihi te, aut me tibi? i. s.  
apage cur, natum illud haud dubie ex - com - vicino.

3. p. 362, 3, P. S. 5, p. 178:

Nam non facile sine deum opera humanis propria sunt bona.

t. t. c.

similia if et a in MSS. cf. proximum fragm.

4. p. 416, 5, P. S. 5, p. 177:

Sed ita Achilli inclatis armis vesci studet, cr. t.

Ut iam cuncta optimis levia prae illis putet.

facile abierit ita in ea.

XII. *Astyaneae*.

1. p. 156, 17, P. S. 5, p. 180. recte me suassisse puto  
*in humili falso*, sed *in humili* est in humili persona. alloqui-  
 tur, puto, his verbis Andromache Ulyssem, qui ad necem  
 expoposcit puerum Astyanacten, memorante matre misericor-  
 diam, qua Hector olim in bello multis Graecorum peper-  
 cerit.

2. p. 357, 7, P. S. 5, p. 182:

Nunc Calchan spinis religionum fac desisse exercitum i. t.  
 Morari, nec me ab domitione arcere tam obscoeno omne,  
 libri: *arceretu obsc. homine, tu nato ex tu ta.*

3. p. 511, 2, P. S. 5. p. 181:

Ferum feroci contundendum imperio et saevum saeviter.  
 i. t.

XIII. *Athamante*, p. 524, 24, P. S. 5, p. 183. malim: *Ai*  
*dubito?* cf. Phinidas.

XIV. *Atreo*, p. 281, 5, P. S. 5, p. 185. bene Vossius:  
*Pelopia* pro *Pelopis*, quod ipso metro arguitur: neque enim  
 tolerabile est, acui particulam, non acui nomen gravissimum,  
 aut male acui syllaba postrema (*aut Pelopis*). a et s etiam  
 alias mixta deprehendas, velut apud Turpilium Leucadia 2,  
 Vellejum 2, 79, 90, 125.

XV. *Autimedia*, p. 323, 10, P. S. 5, p. 187, collata p.  
 712 et 173.

Immane tabet templum, obvallatum ossibus.

libri: *Immanitate habet t. o. o.*, in quibus *habet*, quamvis  
 ne ipsum quidem expers labis, tamen est ab eo, qui corri-  
 geret mendosum - *tate*. Mercerus: *Immani tabe t. o. o.* Quod  
 attinet ad nomen huius fabulae, etiamnum id depravatum  
 esse puto; nec satis fuerit scribere *Automede*, quamvis *ἀρα-*  
*λογικῶς*, sed ponendum videtur *Automate*, seu potius *Auto-*  
*mata* propter similitudinem *Autimediae*, ut intelligatur Au-  
 tomate, uxor Busiridis, et templum illud Iovis, cui peregrinos  
 immolabat Busiris recentior, quem eundem Aegypti filio  
 cognomine putaverit Attius. v. Apollod. 2, 1, 5, Wessel.

ad Diod. Sic. 78, 60 etc. Busiridem docuit Euripides, cuius tragœdiae fragmentum breve superest apud Stobaeum tit. 62.

XVI. *Bacchis.*

1. p. 116, 13, P. S. 5, p. 189:

— Quin neque mors, neque grandævitæ. i.  
glossema videtur vox *vetustas*.

2. p. 143, 29, P. S. ibid. præclare Mercerus :

Formæ, figureæ, nitiditatem, hospes, geris.

MSS.: *regis*, menda frequenti.

3. p. 467, 25, P. S. 5, p. 188. dubiae vox fidei *percitaæ*, duriorque transpositio. malim itaque :

Vagant matronæ, percitæ tumultibus.

errari solet in extremis vocabulorūm.

4. p. 506, 18, P. S. 5, p. 187 :

Laetum in Parnasso tripudiantem in circulis, i. s.

Interque pinos, ludere, taedis fulgère.

affectate dictum est *ludo atque taed. f.* alioqui reponendum foret *ludo ac t. f.*

XVII. *Chrysippo.*

1. p. 153, 33, P. S. 5, p. 193 :

Melius pigrasse est quam properasse nefas. iambeleg.

2. p. 261, 10, P. S. ib. :

a. Quid agam? Vox illius certe est. b. Id etenim omnes cernimus. t. t. c.

3. p. 475, 25, P. S. ib. :

Divitiam partivissent aeternabilem. i. s.

XVIII. *Clytaemnestra*, 219, 13, P. S. 5, p. 194: non est mutandum *male*, nec quidquam desideratur ad sensum, ut visum Vossio, sed versus est troch. t. c. *ἀνέφαλος*. — Fragmento illo, quod eadem pag. nostri libri, Noniani autem p. 124, legitur, haud male Bergius: *Matrem me ob* etc.

XIX. *Deiphobo*, p. 534, 1, P. S. 5, p. 196 :

— Eo t. t. c.

Ante noctem extenta retia ut praeveherem et statuerem,  
Forte aliquantum etc.

XX. *Diomede*, p. 322, 23, P. S. 5, p. 198:

— Ita t. t. c.

Fletu et tenebris constipatus speciem amisi luminis.

libri: *obstinatus*, sicut *ob-* et *co-*, itemque *n* et *p* litterae, confundi solent. Quod his subiectum legitur, *conscient insolentiam*, et corruptum est, cum initio scriptum fuisse procul dubio *conspiciendi insolentiam*, et mera interpretatio verborum *spec. am. lum.*

XXI. *Epigonis*.

1. Ad eam tragoeidiam pertinere puto illa, quae habentur inter fragmenta *Erigonae*, P. S. 5, p. 204., sic potius scribenda:

Quibu' quisquam oculis nostrum poterit voltus illorum  
obtui, t. t. c.

Quos iam ab armis anni porcent?

Nonius p. 160, 2.: *Accius Epigonis*; neque hic tantummodo ista nomina sibi invicem offecere. videtur autem haec esse oratio senum Thebanorum, militiam detrectantium. Quos pertinet ad *nostrum*. Sero video, Bergium quoque haec referre ad Epigonos, tanquam pronuntiata a Thersandro vel aliquo duce Argivorum, quo socios de felici eventu belli desperantes confirmet, seniorum civium reprehensionem vereri iubens eos, si re infecta redierint.

2. p. 185, 20, P. S. 5, p. 199. ponendum est *genitore ulti*, v. nota.

3. p. 200, 14, P. S. 5, p. 200:

Quid cesso ire ad eam? Hem, praeslo est, ut camo gravem  
i. s.

Collum!

verba Alemaonis, matrem strangulaturi male Non. *gravem* habuit pro adjetivo.

XXII. *Epinausimache*, p. 500, 1, P. S. 5, p. 205, loco

conclamato, ubi codd.: *Eos mortalis foenis lib. X.* miseror  
sepe studitos volo, sicut cum ita scribendum esse arbitrarer:

— a. Eo hos mortales poenis libera i. s.

Decimo anno! b. Miseror sic pessundatos. a. Volo.

Colloquium Priami cum Achille. *hos mortales*, Troianos. *poe-*  
*nis*, calamitatibus belli. verba *libera decimo a.* quomodo de-  
pravari potuerint, in aperto est. *Volo*, te illos miserari.

### XXIII. Erigona.

1. p. 85, 13, P. S. 5, p. 204:

Tum autem Aegisthi me esse: eodem lecto constrasset patri.

t. t. c.

Id est: si comperisset, me Aegisthi esse filiam. quod habent  
codd., *Aegisthussi*, explicari potest e nota ista librariorum  
consuetudine falsis adscribendi emendata. scripserat, puto,  
monachus *Aegisthus*, cum animadvertisit, *Aegisthi*, legi in au-  
to grapho: igitur i litteram adiecit, rō us subducta notans  
lineola, qua mox neglecta exstilit *Aegisthusi*, dein *Aegi-*  
*sthus si.*

2. p. 153, 51, P. S. ib.:

Fateor; sed cur propter te pigrem haec, aut huius dubi-  
tem parcere i. t.

Capiti?

Ronius: *Pigrare, pertinere.* scrib.: *pertimere.*

### XXIV. Eurysace.

1. p. 355, 10, P. S. 5, p. 208:

Quenadmodum impetum occupemus facere ultiō in regem?  
asyn., t. d. i. h.

2. p. 509, 27, P. S. ib.:

Disertim id unum commodis desit meis. i. s.

id, liberi. oratio Telamonis. perperam libri: *incommodis.*

### XXV. Iliona, p. 382, 9, P. S. 5, p. 210:

— Aut stagnorum humore rimarem loca.

codd.: *humorem.* Voss.: *humidorum*, quod parum verisimile  
est. sed videndum, an Attius hoc dederit: *Avium stagnorum*

etc. *loca, nidos*, potuit dicere Iliona, se malle aves stagabiles venari in silvarum solitudine quam una esse in regia cum marito scelesto.

### XXVI. *Medea.*

1. p. 90, 8.

Nisi quas terrestris pontus strages conciet. i. s.  
hoc λειψανον nescio quo casu neglectum est ab editoribus  
horum poëtarum. *terrestres strages*, in terra editas per tem-  
pestatem.

2. p. 179, 26, P. S. 5, p. 215:

Parsi: ecce orbis cor liberorum leto tabificabili! i. t.  
Verba Iasonis. *Parsi Medeae*: v. Med. Eurip. 428 et sequ.  
nōstrae ed. libri: *Par neci orb.* frigide Voss. aliique: *Per-  
nici orb.* etc.

3. p. 323, 12, P. S. 5, p. 212:

Primum ex immanni victum ad mansuetum adiplicans. i. s.

4. p. 562, 5, P. S. ib.:

Fors dominatur, neque vita ulli a. d.

Propria invitā est.

*invitā* Forte. male codd.: *in vita*.

### XXVII. *Meleagro.*

1. p. 15, 31, P. S. 5, p. 215:

Eam sibi fati internectionem fore, i. s.

Ubi torris esset interfactus flammeus.

ε glossis fluxerunt verba *vitae finem* et *Meleagro*.

2. p. 39, 5, P. S. 5, p. 216:

Timide eliminor, simul vox nota ad aures accedit. t. t. c.  
libri ex interpretatione: *eliminor clamore*.

5. p. 72, 2, P. S. ib.:

Quamvis invite ancillans es dicto viri i. s.  
sane glossema est *obediens*.

4. p. 317, 16, P. S. 5, p. 214:

Pro se quisque cum corona clarum connectunt caput.  
t. t. c.

MS. Guiac.: *connectit*, quod et ipsum servari potest, certe nihil aliud tentandum.

XXVIII. *Menalippo*.

1. p. 85, 2, P. S. 5, p. 219:

Em aliquis cette in conspectum, aut ad eum, ubi est,  
nos ducite. t. t. c.

2. p. 219, 1, P. S. 5, p. 220:

a. Paratus sum, ubi vis, petere pestem per necem.  
h. e. mortem morte alterius. ipse mori haud detrectat, si modo alterum prius occiderit. verba Tydei. codd.: — *pestem perniciem*. hallucinatus Nonius.

3. p. 234, 22, P. S. 5, p. 219:

Obviam est, itque advorsum, aptus; alter in promptu  
occupat. t. t. c.

corrupte libri: *obvia mens idque*.

XXIX. *Myrmidonibus*, p. 433, 1, P. S. 5, p. 220. cetera recte, ut opinor; sed versu 5. hoc malim:

Nam pervicacem dicas me esse; id vincere,

Perfacile patior etc.

h. e. id te vincere.

XXX. *Neoptolemo*.

1. p. 493, 14, P. S. 5, p. 224:

— Veritatis acritas.

a glossatore est vocab. *vis*.

2. p. 501, 3.

Quid, si ex Graecia omni illius par nemo reperiri potest?

t. t. c.

haec quoque omissa in impressis libris. metrum adiuves corripiendo priorem *τοῦ οὐνι*, sicut in usu est Plauto, Terentio et poëtis.

XXXI. *Nyctegresia*.

1. p. 227, 27, P. S. 5, p. 225:

Iamiam ascendit horum laterum texta Volcanus vorax!

t. t. c.

vide quam turbare possit scriptura, olim usitata, continua! haec enim continue scripta *nyctegresia* ascendit — *vorax*, omissis similibus, abidere in illa, quae vulgo leguntur, manca, nec latina: *Scendit hora lat. t. Volcani v. natum hora ex horū.*

2. p. 397, 4, P. S. 5, p. 195.

Aut illum ego rapiam; aut illi poenas subferam. i. s.  
codd.: *Aut ego illum eripiam, aut etc. illum, Hectorem.*  
loquitur Achilles.

### XXXII. Oenomao.

1. p. 120, 31, P. S. 5, 228. non opus inusitata forma *principium*. pónamus *principum* quod sensu ac metro congruit.

2. p. 552, 16, P. S. 5, p. 226. scribendum: *Numero se expurgat timor*, sententia generali, non *te*. sic *Brutus pro Drusus* libri Velleiani 2, 125.

3. p. 357, 14, P. S. ib., malim sine offensione numerorum: *arcemque*, quod haud inelegans.

4. p. 482, 25, P. S. 5, p. 227:

*Coniugulum Pisas patere ad te itiner tendere.* i. s.  
h. e. coniunctum iter: patere, me tecum proficisci Pisas.

### XXXIII. Pelopidis.

1. p. 174, 10, P. S. 5, p. 229:

Namque eum ut credam ex tuo esse conceptum satu, i. s.

Sat argumenta redigunt animum et commovent.

codd. *Nam me ut credam — satu, ut argumenta etc. que nunc omitti, nunc addi solet a librariis. eū facile obliteratum est inter e et u, cui verbo m in nam se agglutinaverit. ut ortum ex sat, omissa forte littera initiali, quemadmodum omni scriptum arbitror pro somno apud Velleium.* 2, 30. Virg. Aen. 11, 366.: *sat funera fusi Vidimus.* possis etiam: *Satis argumentum etc.*, ut *satis* haustum credatur a simili *satu*, quod praecepsit; sed tum difficile explicatu est *ut* particula.

2. p. 452, 27, P. S. ib.:

Eius serpentis squamae squalido nero textae et purpura.  
t. t. c.

non opus Vossiano *squalidae*.

XXXIV. *Philoctete*.

1. p. 318, 6, P. S. 5, p. 331:

Ubi habet? urbe, agrove?

codd. *agrone*, litteris n et u confusis, ut saepe alias.

2. p. 324, 28, P. S. 5, p. 235. Mercerus ex libris, ut  
videtur, pro *tenent* habet *cient*, quod probo.

3. p. 512, p. 11, P. S. 5, p. 230:

Contra est eundum cautim captando mihi.

*captando* Merc., i. e. captando Philoctetae.

XXXV. *Phinidis*.

1. p. 20, 30, P. S. 5, p. 237:

Sed vero esse sterilem illius opere medicinae autumant.

t. t. c.

codd.: *severis*. Iunian. Maius: *severus*. *sterilem* terram, *opere*,  
vi sive effectu. Quodsi haec recte interpretatus est Vossius,  
pertinere videntur ad Athamantem.

2. p. 84, 28, P. S. 5, p. 256:

— Quae aveas, grato tibi i. s.

Congeminet gentium haud degenerum adsinitas.

videtur haec esse verba Iasonis ad Phineum, ab Harpyiis  
liberatum, quibus verbis ei suadet, ut opituletur Argonautis,  
qui cumulate gratiam relaturi sint. *gentium haud degenerum*,  
*Graecorum*. codd.: *Q. veat grafo tibi congenerat gent. aut  
generum affinitas. affinitas, vicinitas*.

XXXVI. *Phoenissis*, p. 174, 1, P. S. 5, p. 237:

Delubra coelitum, arae sanctitudinem.

codd.: *D. coeli tu maris sanctitudines*. Scaliger: *coelitum*. me-  
minisse iubet Eteoclem Polynices templi, in quo foedus se-  
cum fecerit, araeque, in qua victimae immolatae fuerint.  
similiter, sed tamen incepte, Bergkius: *Delubra, coelitum aras,*  
*sanctitudines*.

**XXXVII.** *Stasiastis vel Tropaco Liberi*, qua fabula Lycurgi, nisi fallor, regis Edonum, historiam Attius tractaverat, sicut ante Naevius. Stasiastas dixerit Thraees, qui a Baccho starent.

1. p. 20, 24, P. S. 5, p. 248:

Im corporare a tergo es ausus. i.

*Im* haustum a nomine *Liberi*.

2. p. 334, 33, P. S. ib.:

Tum ibi dolore hoc anima corpus liquerit. i. s.  
codd.: *Tum sibi deloi de lore hoc* etc., in quibus vitiioso  
*deloi* adscriptum est emendatus *delor*. Plautus Curc. 5, 2,  
48: *tum ibi me nescio qui arripit*.

3. p. 537, 16, P. S. ib.:

Volnere — sanguine tepido. t. t.

Lycurgum excoecatum dicere videtur.

**XXXVIII.** *Telepho*.

1. p. 227, 31, P. S. 5, p. 241:

— Proinde istaec tua i. s.

Aufer — comprime.

2. p. 426, 24, P. S. 5, p. 242:

Quin neque etc.

3. p. 488, 11, P. S. ib.:

Flucti crux volverunt mei. i.

**XXXIX.** *Incertorum* illa apud Nonium p. 255, 1. *Demer*  
*hunc colo menalege minis aptum cornibus* ad Bacchus retule-  
rim, sed emendata hoc modo:

Daemonem hunc colo mea lege, minimis aptum cornibus.

t. t. c.

quae verba fuerint servi ad Pentheum, Bacchi cultum con-  
fessi, quamvis vetante domino novimus parva Bacchi cornua.  
Horat. Od. 2, 19, 29.: *Te vidit insons Cerberus, aureo Cornu*  
*decorum* etc. — Non. p. 305, 7, P. S. 5, p. 249. malim:  
*neque tam abundis fortunis ferox*, non *abundans*, quod in-  
conciuum.

## II. Q. Ennius.

I. *Ambracia*, quod urbis nomen puto, non Apollinis filiae, a qua urbs appellata est. v. Anton. Liber. Met. 4. tragoedia haec procul dubio, secus atque nobis aliisque olim visum est.

1. p. 469, 24, P. S. 6, p. 6:

— Bene mones, tute ipse cunctas. Vide fortē virum  
t. t. c.

Verba fortasse Ambraciotaē cuiusdam respondentis alii civi, qui Phalaeci tyrannidem executiendam esse dixerit.

2. p. 471, 18, P. S. ib.:

— Audace servī depopulant agros, i. s.

Dominorum domini.

loqui videtur Phalaecus, bello civium pressus. Anton. Lib. l. c.: τοὺς δ' Ἀμβρακιώτας, ἐκφυγόντας τὴν δουλείαν, Ἀρτεμιν ἡγεμόνην ἵλασασθαι.

II. *Andromacha*, p. 504, 15:

Nam ubi introducta est, puerum, uti laverent, locant i. s.

In clipeo.

codd. *puerumque*.

III. *Andromeda*.

1. p. 76, 1:

Quid sit? seditio taberne, an numeros augisicat suos? t. t. c.  
Verba, ut videtur, Cephei, ubi audiit, appropinquare Phineum cum armatis, disturbatum Persei nuptias. Mercerus, operarum, puto, negligentia: *taberne*.

2. p. 384, 33, P. S. 5. p. 58. probabiliter Theodorus Bergk in disputatione de aliquot fragmentis Tragicorum lat., quae disputatio inserta est Museo Rhenano (*Rheinisches Museum für Philologie* etc. 3. Jahrgang 1. Heft, Bonn, 1835.), scribi iussit: *Rursus prorsus reciprocat fluctus fera*, ut bellua impetu suo funditus commovere dicatur undas maris; quemadmodum Valer. Flaccus 2, 498 de simili monstrō: *Sigaeque pestis Adglomerare sretum*. — Idem fragmento 3. huius fa-

bulae malit: *maria salso spumant sanguine*, non *salsa*, de quo vide cum ipsum, tum nos ann. ad Hecub. Ennianae frāgm. 16.

IV. *Caprunculo*, comoedia, p. 155, 30, P. S. 6, p. 7:

Huic ut animus propitiabilis est, ita et adiutabilis. t. t. c.  
codd.: *H. est an. propitiabilis. Ita et adulabilis.* Plautus Mil.  
glor. 4, 4, 8: *date operam adiutabilem.*

V. *Hectoris Lytris.*

1. p. 111, 14, P. S. 5, p. 42:

— Ast ego, omnipotens, te postulo, i. s.

Ut hoc consilium Achivis auxilio fuat.

codd.: *At ego omn. te posco*, versu manco. *omn.* primam  
corripit.

2. p. 407, 22, P. S. 5, 44. recte Grotius, praeterquam  
postremo versu, quem ita se olim habuisse puto:

Quorum tenaciam haud infirmare est minis.

confunduntur *haut*, *at*, *ac*: facile igitur *at* vel *ac* scriptum  
pro *haud* perierit inter *a* et *i* litteras collocatum. cf. Naev.  
Agrypnuntibus. *infirmareē* omisso simili abiit in *infirmare* etc.  
pugnantia loquentis esset *infrenia infrenari*.

VI. Ex *Medea* depromta a Nonio p. 297, P. S. 5, p. 52,  
nota, verba illa *Utinam ne hera unquam Medea Colchis cu-*  
*pido corde pedem extulisses* Th. Bergk. l. c. ad *Andromedae*  
fr. 2, mira hallucinatione, choriambico metro conscripta pu-  
tat, cuius metri vix in illis vestigium, quod quidem certum  
sit, invenias.

VII. *Menalippa.*

1. p. 170, 13, P. S. 5, p. 56:

— Regnumque nostrum sospitent, i. s.

Superstitentque.

2. 246, 11, P. S. ib.:

*Mi ausculta, o nata: pueros cremari iube.* cr. t.

Ita Th. Bergkius, nisi quod scripsit: *Mi ausculta, nata, cre-*  
*tico prorsus intolerabili in ausculta, quae vox, immissa o*  
*interiectione et retracto accentu, iam facile fertur apud lati-*

num Tragicum. Possis etiam: *Nata, mi ausculta*; nec certum est de metro cretico, cum nullo negotio iambicus senarius; haud minus aptus, restituī possit scribendo *iube cremari*. ceterum verisimili conjectura vir doctissimus Melanippeae patrem ita loqui putat, pueros illius, quos mater in bovili exposuerat, pro monstris comburendos esse arbitratum, more veterum. Dionys. Hal. Art. rhet. p. 103: ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδῶθη μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, γέγονε δὲ ταύτη παιδία. ἔξερχε δὲ αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια· ὁ δὲ πατήρ ἦγεται ἐκ βοὸς εἶναι, καὶ, ὡς τέρας, βούλεται κατακῆσαι etc.

VII. *Pancratiaste* p. 513, 11, P. S. 6, p. 7. similiter Plautus *Truc.* 2, 2, 1.: *Quis illic est, qui tam proterve nostras aedis arietat?*

#### IX. *Phoenice.*

p. 512, 6; P. S. 5, p. 58:

Quam tibi exornationem duriter dictis dedit! t. t. c.  
dictum ironice: quam te duris dictis exornavit! codd. putide, mendose et metro nullo. Q. t. ex ore orationem d. d. d. ore natum ex ora-, quod sequitur. minus aptum exorationem, de quo quis cogitet.

#### X. *E Saturis.*

1. lib. 1, p. 474, 22:

Malo hercle magno suo convivat. Sine modo! i. s.

2. ib., p. 510, 11:

Dum quiescit, disce celere. t.  
codd.: *D. quicquid descelere*, confusis, puto, litteris similibus,  
*qu* scripto pro *c*, et -*ce* altero alteri officiente.

3. lib. 3. p. 66, 25:

Testes sunt lati campi, quos gerit Africa i. s.

Terra expolitos.

codd. ruente versu: *politos*.

4. lib. 4, p. 470, 15:

Nam is non bene volt tibi, falso qui ad me criminat. i. s.

vulgo: — *tibi, qui falso crim. apud te.* Liv. 3, 9: *Patrum superbiam ad plebem criminatus.* vereor ne apud Plautum quoque *ad pro apud* ponendum sit Cist. 97, 219, 232. ed. 2. nostrae: durius enim est, *apud* pronuntiari μονοσυλλαβως, *te pro me* scripserunt, sicut *mihi pro tibi* apud eundem Comicum Aul. 507, *inquam pro inquit* apud Vell. 2, 104 etc.

XI. *Telamone*, p. 85, 23, P. S. 5, p. 61:

Nam ita mihi Telamonis patris facies, ac proavi Iovis t. t. c. Gratia, cara est, atque hoc lumen candidum claret mihi. I.: — *patris atque facies proavi I. gratia ea est atque etc.* triecta esse verba *atque facies*, per socordiam, puto, librarii, qui hoc, *patris atque proavi Iovis*, sibi legisse in autographo visus esset, satis apparere arbitror; *ea* vero istud ineptum ex *ca-truncato* ortum est, opinor, quod hausit *-ra*, alteram vocabuli syllabam similem.

XII. *Telepho*, p. 537, 25, P. S. 5, p. 64:

Cedo et caveo commentitius, squalida septus stola. t. t. c. codd.: *C. et c. conuestitus etc. commentitius*, fictus, mendici specie.

XIII. *Thyeste*.

1. p. 90, 14, P. S. 5, p. 65:

Heu mihi, Fortuna etc.

vulgo: *Heu mea fort.*, quod nec sensu commendabile est, et corrumpit metrum.

2. p. 97, 31, P. S. ib.:

Sed ipse me delectat, ductat, Delphicus. i. s.

libri: *Sed me Apollo ipse del.* etc., quod e glossa fluxit.

Ovid. Met. 2, 543.: *placuit tibi, Delphice, certe etc.*

3. p. 261, 13, P. S. ib.:

Impetrarim facile ab animo, ut cernat fatalem bolum, t. t. c. corrupte libri: *Impetrem — vitalem babium. cernat, decernat. fatalem bolum*, furtum arietis aurei. menda facilia explicatu, nec insolita, praesertim illud, quo a pro o scripsere, sicut apud Phaedrum 2, 6, 17, ubi cum legatur *Impar*

*duabus occidit tristi nece, ponendum haud dubie est duobus,*  
*cum quia haec speciem proverbii habent (v. Erasmi Adag.*  
*5, 2, 30), tum quia non est causa, cur femina potius quam*  
*masculus aquila intelligatur, utroque autem genere simul*  
*significandis vocabulo, quod potius, i. e. virile, indicat, uti*  
*solent, de nomine aquilae mari et feminae communi con-*  
*sulendum est Perizon. ann. ad Sanct. Min. cap. 7, p. 58 ed.*  
*a. 1704.*

4. p. 268, 11, P. S. 5, ib.:

Quam maximum etsi hic mihi contigerit malum i. s.  
 codd.: *Q. mili maxime hic hod. c. m.* Quidquid eventu-  
 rum sit, ausurum se esse dicit furtum illud.

5. p. 369, 25, P. S. 5, p. 66.:

Ibi secum, quid agat, cogitat, paritat, putat.

scil. Thyestes. libri: *Ibi, quid agat, secum cogitat, parat, pu-*  
*tat*, numeris quidem et minus expeditis et paulo debiliori-  
 bus, siquidem poëtae scenici Latinorum 5. sede iambicorum  
 seniorum adeo amant spondeos atque anapaestos, ut tantum  
 non excludant iamboes, secus ac solent Graeci. verbum *pa-*  
*ritare* non semel usurpavit Plautus, quod hic cessit glos-  
 semati; quemadmodum *vocat* pro *vocitat* scriptum videtur  
 apud Iul. Phaedrum fab. 14, 13.

#### XIV. Ex Incertis.

1. p. 129, 25, P. S. 5, p. 72:

Eo ego sum ingenio natus: amicitiam atque inimicitiam  
 gero i. t.

In fronte promptam.

2. p. 134, 13.

— Pars ludicre t. t. c.

Saxa iactant, inter se licitantur.

3. p. 140, 25:

— Nunc est ac si me canis memorderit.

codd.: *Non est, at si* etc.

### III. Livius Andronicus.

I. *Achille*, p. 365, 27. legitur *malas*, quasi femina loquatur, quae fortasse fuit Briseis, fidem Achilli pollicita. Utut hoc est, ponendum puto *Sin*, quo haec opponantur superioribus, quae interciderunt, fere huiuscemodi, si a Briseide pronuntiata fuere: *Si bona ero atque fida, amantem contra amare te addebet; Sin malas etc.*

II. *Aegistho*, p. 176, 14, P. S. 5, p. 8:

*Sollennitusque adeo illicita ille audet lubens.* i. s.  
scil. Aegisthus, patris imitatus flagitia; quo pertinet vox *sollennitus*. codd. fere: *S. adeo ditali, vel litali laudet l.*

III. *Antiopa*, p. 170, 16, P. S. 5, p. 9:

*Ita septuose dictiod abs te datur,* i. s.

*Quae consecuto sapienti aegre contulit.*

*libri: consecutura, mixtis r et s litteris, quod haud rarum. contulit, conferre sive ex usu esse solet.*

IV. *Tereo*, p. 153, 26. malim: *ancillai lactentem*, ceteris immutatis.

V. *Incertorum* illo, quod habet Non. p. 509, 29, noster autem liber p. 16, sic haud dubie legendum est:

Tuque omnia iam disertim narrato mihi. i. s.  
haustum īā ab - ia, quod antecedit. — P. 544, 23, P. S. 5, 18.:

Argenteo pollubro, guttoque aureo. i. s.

### IV. Cn. Naevius.

I. *Agrypnuntibus*, com., p. 65, 5, P. S. 6, p. 12. malim sub una persona:

— Si quidem vis loqui, i. t.

Non perdocere multa, haut longe promicanda oratio est.  
de haut neglecto v. Att. Eurysace 7. P. S. 5, p. 207.

### II. Gymnastico.

1. p. 224, 25, P. S. 6, p. 15:

— Pol haud aliorum simile est parasitorum. i. t. c.

2. p. 486, 32, P. S. 6, p. 16:

M. Rhein. Mus. f. Philol. V.

Atque ego te meis herem omnibus faciam bonis. i. s.

### III. Lycурго.

1. p. 6, 16, P. S. 5, p. 86:

Alis inilicte saltus sublimes, ubi etc.

2. p. 9, 23, P. S. ibid., scribendum *argutilingues*, qua voce Lycurgus compellat et *mutis* pecoribus opponit pastores suos.

3. p. 191, 33, P. S. 5, p. 87:

— Sed quasi amnis rapida tamen implexu flectitur. t. t. c.

4. p. 225, 1, P. S. 5, p. 88:

Pergite, thyrsigerae Bacchae, modo Bacchico cum schema!  
asynart., dact. t. et cret. dim.

I.: *schemate*, contra usum prisorum. v. Plaut. Amph. prol. 117 etc. similes asynartetos apud Tragicos Graecorum invenias. corripitur autem prior vocabuli *schema*, ut apud Plautum; qua producta habebimus metrum Horatii, item asynartetum, Od. 1, 4.

5. p. 534, 32, P. S. ib. :

Iam solis axe candor cum liqueceret. i. s.

*axe*, coelo. pro *axe* scriptum fuerit *asse*, *aste* etc. mendo contrario apud Attium Andromeda, fr. 4. libri habent *aussere* pro *auxere* etc.

6. p. 481, 28, P. S. 5, p. 90:

Dic, quo pacto eum potiti, pugnan', an dolis? i. s.

7. p. 487, 9, P. S. 5, p. 89:

Tum ibi advenientes duplicabit nos pavos. i. s.

Mercerus: *Iam ibi nos duplicat advenientis timos, pavos.* certe id habet Hahniana editio: nam *vetus*, quantum memini (neque enim nunc in manibus est), ostendit *vapos*. illud, seu casu inventum, ut puto, sive conjectura perspectum, omnes numeros habet veritatis. est autem *vapos* ex eo genere mendarum, de quo nos passim, cum initiales syllabarum litterae inter se commutantur. *Tum ibi*, ut apud Attium Stasiast. 2. minus aptum rei est *Iam ibi*; similiaque sunt in libris *iam*

et *tum. duplicitabit* ipse ordo narrationis exigit: siquidem his verbis Bacchus, ni fallor, adhortatur exercitum suum ad strenue invadendum Thraces. denique *timos* interpretatio est vocabuli *pavos*, idque confirmat.

8. p. 540, 6, P. S. 5, 88:

Pallis, patagiis, crocotis, manicis, mortualibus. t. t. c.  
codd.: *malatiis*, *malaciis*, *malicis*. stratus fuisse campus diciunt vestimentis illis fugientium Baccharum, quae cuncta vocat ille, quisquis est, qui narrat, mortualia, utpote morti destinatarum a Lycurgo.

9. p. 547, 29, P. S. 5, p. 90:

Num ut ludere propter amnem inter se vidimus i. s.  
Laetantes, et creterris fontem sumere.  
haec fuerit manus Naevii, nec ferendum glossema *aquam ex fonte*. Virg. Aen. 12, 119.: *alii fontemque ignemque se rebant.*

IV. *Pellice*, com., p. 225, 21, P. S. 6, p. 17:

Desim socro tuo, fratri patrueli meo. i. s.  
codd. manca sententia: *Desine s. tuo. f., patrui meo.* bene  
Merc. nota: *fratri patrueli meo.* metuit ille, ne desit cognato,  
si faciat id, quod eum facere iussit collocutor.

V. *Protesilao*.

1. p. 116, 8, P. S. 5, p. 91:

Da gracilentem et discolorem eum mihi, dum ex hac  
siet. t. t. c.

Id monstrare videtur codicum scriptura haec: *damia gracilensis colorem*, *dum ex hoc gracilens fit*. glossema est *gracilens*. potuit hoc dicere Laodamia, petens a Plutone coniugem, quamvis gracilem pallidumque, modo sit propter se sive  
desiderium. *ex hac*, *ex me*, *δειπτικῶς*. Plautus Capt. 84.: *Huic illud dolet*, i. e. mihi. v. ibi annot.

2. p. 209, 29, P. S. 5, p. 91:

Dum in eum inruunt, cachinnos, ieca, dicta, missitantes.  
galliam.

libri: *Protesilaodam ineunt irruunt, cact. i. d. risitantis.*  
placuit iam aliis *in eum.*

VI. *Pullis*, p. 72, 23, P. S. 6, p. 18:

Si escam hanc e iure in os das pullo, ad situlam  
Simul assulatim missitans, sumet cibum.

ita haec utcunque intelligas, ut nescio quis iubeatur escam quandam medicam indere in os pulli, simulque minutatim, ut ait Nonius, seu frustillatim, i. e. singulis eius escae frustis a pullo haustis, ad situlam eum mittere, ut bibat; quod si faciat, futurum esse, ut cibum is consuetum sumat, sicut antea. codd.: *Naevius pullis. escam hic iure inops pullo da adscintille simul ass. vis aias sumit c. Merc. nota: Escam si e iure.*

VII. *Ex incertis*, p. 120, 16:

— Si irem ociter, t. t. c.

Vehiculis Delphino cinctis, hippocampisque asperis! vulgo: *Si renocitur. Delphino cinctis veh., h. a.*, pravis qui-dem accentibus metricis vocabulorum *Delphino* et *vehiculis*, illius prima syllaba, huius secunda, cum eiusmodi verborum paeonicorum prima soleat acui apud hos poetas, ut qui paeonas metiti esse videantur in modum creticorum, quasi contractis in longam brevibus duabus, a quibus illi incipiunt (==:=).

## V. M. Pacuvius.

### I. *Antiopa.*

1. p. 258, 14, P. S. 5, p. 105:

Sed cum animum attendi ad quaerendum, quid siet. i. s.  
Nihil mutandum. versum etiam sic expediens, ut *cum* particula, sub ictu posita, non elidatur, quemadmodum fieri solet in monosyllabis.

2. p. 447, 16, P. S. ib.:

Frendere noctes misera, quae perpessa sum. i. s.  
male codd.: *quas*, quasi noctes deflesset. imo *noctes* significat *noctu*, flevitque Antiopa misera sua, i. e. miserias.

3. ib. :

— Fruges solitus frendere, i. s.

Ac sic praebere.

Merc.: *Fruge frendo solas, ac sic probore.* verba pastoris vel rustici, ad quem profugerit Antiope Thebis, e carcere.

H. *Armorum iudicio.*

1. p. 126, 22, P. S. 5, p. 106. bene habet *opus*, siquidem versus hic est iamb. t.; cuius rei hoc indicio est, quod ita vox gravis *facto* accentum accipit metricum, ut debet fieri.

2. p. 261, 12, P. S. ib. malim *rectum est id, quod postulas*, ne *aequom* elidatur, *rectum* non elidatur. haustum videtur *it*, pro *id* forte exaratum, ab *st* simili, quod praecedit.

3. p. 475, 17, P. S. ib.:

Nunc poenitebunt, si ibit ingratu ex loco. i. s.

Ita scribendum est. dederat librarius per socordiam *ibunt*, sicut *poenitebunt*, mendi genere satis frequenti; dein, animadverso errore, adscripsit *ibit* quod abiit in *iber*. recte haec explicuisse videor in libro meo.

III. *Atalanta.*

1. p. 159, 33, P. S. 5, p. 110:

Magna autem ut verear eloqui, porcet pudor. i. s.

libri: *Magnate ut.* Voss. aliique: *eloqui.*

2. p. 355, 26, P. S. ib.:

Semper satagere, in amore ut ne tu animum occupies. i. s.  
codd.: *Super satis agere, ut ne in mare an. occ.*

3. p. 429, 5, P. S. ib.:

Nunc sollicita est, studio obstupida etc.

vulgo pugnantia loquitur Pacuvius: *Nil soll. natum ni ex nē,*  
*l ex f littera, quiae sequitur.*

4. p. 495, 26, P. S. 5, p. 109:

Parentem incertum investigandi gratia. i. s.

vulgo: *Parentum — inv — dum.*

5. p. 181, 33, P. S. 5, p. 110:

Quid istuc? voltum quae tristities adligat? i. s.

I.: *Quid ist. est? volt. all. quae tristitias?* sed per dubium est  
tristitias casu recto, ut putat Nonius.

**IV. Chryse.**

1. p. 59, 31, P. S. 5, p. 114:

Atque haut promeruit pater, vi ut patriam popularet meam,  
t. t. c.

libri: *A. ut pr. p. mihi* (ui, ni, mi, mihi) *ut p. populavit m.*  
Virg. Aen. 12, 262: *littora vestra Vi populat.*

2. p. 75, 11, P. S. 5, p. 115:

Mater est terra; parit corpus ea, animam aether adiugat. t. t. c.

3. p. 101, 26, P. S. 5, p. 116:

Per nostram egregiam unanimitatem, quam immemoria de-  
iugat. i. t.

I.: *Perque — memoria.* Voss. bene: *immemoria.*

4. p. 467, 15, P. S. 5, p. 113:

Incipio saxy tentans scandere verticem i. s.

Summum, atque in omnis partes prospectum aucupo.

I.: — *verticem in summis, dein omnis etc. ortum in ex m;*  
permixta *summū et summz, ac et de.*

5. p. 475, 1, P. S. 5, p. 115:

Juvenem opino esse optimum ores, res ut haeret, sic tamen,  
t. t. c.

I.: *Inveni op. e. opt., Orestes ut heres sit sed tamen.* Oratio  
haec videatur Nestoris ad Agamemnonem de orando *iuvene,*  
i. e. Achille, ut opituletur Graecis *sic tamēn*, quamvis ab-  
ducta Chryseide, quoniam res illorum haereat et afflita sit  
eius secessu.

**V. Duloreste.**

1. p. 38, 31; 292, 24; P. S. 5, p. 119:

Ubi illic est? me miseram! quoniam clanculum me eli-  
minat. i. t.

I. priore loco Nonii: — *quoniam clam clam elim.*; altero:  
*Ubi ille est? me mis. quoniam clamor el.* prior scriptura ve-  
risimilior, cum facile potuerit, ut *clanculum* mutaretur in

*clam clam*; id quod etiam Bergkius perspicieus, hoc ponit iussit: — *Me mis., quonam clanculum se eliminat?* quod Iphigeniam de Oreste dixisse putat, nescio quo modo. nobis quidem verisimile fit haec esse Electrae verba, in carcerem ductae iussu Aegisthi, quem requirit, misericordiam eius imploratura. *clanculum*, noctu.

2. p. 160, 10, P. S. 5, p. 120:

Oro nunc, ne plectas fandi me prolixitudine. t. t. c.

l.: *O. mi, ne flectas f. mi pr — em.*

3. p. 181, 22, P. S. 5, p. 122. recte Scriver. : *Heu, non — tem?*

4. p. 184, 5, P. S. 5, p. 119:

— Primum hoc abs te oro: ne me inexorabilem t. t. c.

Faxis, nec turpassis vanitudine aetatem tuam.

hac apte coniungas cum fragmendo secundo, videturque Tyndarus hoc vel quiddam simile dixisse; — *prolixitudine Tali in re. Primum* etc.

5. p. 260, 10, P. S. ib.:

Nil conjectura quivi interpretarier, i. s.

Quorsum perplexa voce se contenderet.

l. altero versu: *Q. flexiunce cont.* scilicet hic quoque permixtae sunt, ut saepe alias, f et p, a i et o, denique c et s, litterae, omissumque p propter p simile. *voce, oratione.*

6. p. 307, 10, P. S. 5, p. 122:

— Etsi (ita sunt promerita vostra) aequiparare ut queam t. t. c.

Vereor; nisi nunquam etc.

l.: *Ut si, menda haud insueta.*

7. p. 352, 9, P. S. 5, p. 117:

Hiccine is est, quem fama *Graium ante omnes nobilitat viros?* t. t. c.

inepte codd.: *famae gratia* (*graiū*, *graia*, *gratia*). significatur Orestae magna gloria apud Graecos.

8. p. 424, 6, P. S. 5, p. 119:

Qui? Quoniam me piget etc.  
rogatus a Thoante Orestes, cur parentes suos indicare nolit,  
ita respondeat.

9. p. 490, 15, P. S. 5, p. 120. bene habet *inde*, i. e.  
Delphis.

10. p. 510, 25. sane ponendum est *Nunc nihilum*, vel  
*ne hilum*, *expectes — fecisti*, quae uno versu comprehendendas,  
i. t. c.

#### VI. *Hermiona.*

1. p. 77, 33, P. S. 5, p. 125. scribamus *Hei, obnoxium*  
etc. *ei* forte scriptum abiit in *et*.

2. p. 88, 19, P. S. 5, p. 125:

Concorditatem hospitio adiunctam perpetem i. s.

Comitatu conservetis.

1. : *perpetem comitate. comitas* quibus frigere videbatur ad  
*concorditatem*, posuerunt, nisi fallor, *probitate*, quod ha-  
bent libri aliquot. sed genuinum puto *comitatu*, qui his ver-  
bis Orestem adhortari putem Chrysis filium et Sminthios,  
comitatum ei suum pollicitos in expeditione adversus Thoan-  
tem. v. Hygin. fab. 121. *comitate* prima longa etiam a metro  
iambico abhorret.

3. p. 178, 13, P. S. 5, p. 126:

Sub iudicio omnes quoque Graios tetinerim.

1. : *quoque.* Thoantis verba, ut opinor, ad Sminthios.

4. p. 393, 2, P. S. ib.:

Habet hoc senectus in se, cum pigra ipsa sit, i. s.

Spisse ut videantur omnia ei confieri.

*sit* iampridem suasi pro *est* solo eco; sed *ei* quoque cum sen-  
tentiae, cum metri, causa immittendum fuit.

#### VII. *Iliona.*

1. p. 75, 15, P. S. 5, p. 128.

Blandam voluptatem hortatricem *mi* adiugat. i. s.  
*mi* desideratur in codd.

2. p. 475, 28, P. S. 5, p. 129:

Una opera credo ted huius sceptrum patientur poti. t. t. c.  
 l.: *Usi honore cr. adhuc sceptrum* etc. h littera male addita  
 est a librariis multis in locis scriptorum; p et n, proindeque  
 verba *onus* et *opus*, saepissime confusa; tum *huic* ortum ex  
*huius*.

### VIII. Medo.

1. p. 75, 21, P. S. 5, p. 132.

Quae res te ab stabulis abiugat, certum eloque. i. s.  
 codd.: *certum est loqui*. Vel forte natum *eloqui ex eloque*,  
 vel miratus corrector aliquis obsoletam formam verbī illud  
 posuerit de industria. una opera Ennio apud Gellium 12, 4  
 restituendum puto *eloqueret*. Petronius, quamvis per iocum,  
 46. *tu, qui potes loquere, non loquis.*

2. p. 79, 3, P. S. 5, p. 130. vereor ne perperam  
 scripserint *bount* pro *boant*, sicut a et u litterae confundi  
 solent.

3. p. 178, 10, P. S. 5, p. 132:

Cedo — aiunt. a. d.

4. p. 467, 24, P. S. 5, p. 130. bene Vossius, nisi quod  
 scribendum est: *incertan' vagat?*

### IX. Periboea.

1. p. 1, 32, P. S. 6, p. 139:

Parum est, quod aetas male habet, ni etiam huic ad malam  
 i. s.

Aetatem cruciatum adiugas reticentia?

l.: *Aet. adiungas cruc. reticenti.* verbum *adiungare* frequenta-  
 tum priscis metaphorice. Delrio: *reticentia*.

2. p. 5, 1, P. S. 5, p. 141:

Metuo egestatem, moerorem, senium, exiliumque et senectam.  
 t. t.

l.: *Metus, egestas, moeror, — senectus.* mirum, quam saepe  
 circa extremas syllabas vocabulorum erratum sit in libris ve-  
 teribus; hic tamen aliunde repetendam puto originem fraudis.  
 scilicet *metus* scriptum pro *metuo*, C et O litteris confusis

correctorem male feriatum induxit ad ponendum nominativos horum verborum, quo mendoso *metus* congruerent.

3. p. 22, 16, P. S. 5, p. 139:

— Sed nescio, quidnam est: animi horresco, gliscit gaudium. perperam librarii: *horrescit*, ut *gliscit*.

4. p. 84, 22, P. S. 5, p. 142:

O multimodis varie et dubiūm, et prosperūm, copem diem!  
t. t. c.

I.: — *varie dubium et prosperum c. d.*

5. p. 136, 33, P. S. 5, p. 141:

— Corpusque meum instabili a. d.

Moerore, errore, macore senet.

I.: *C. meum tali*, vel *tabe*, *moerore* etc. nive frigidius est *tali*, alienum *tabe*; sed elucet ex ultraque scriptura genuinum - *tabili*, cum credibile sit, librariorum alium dedisse - *tabi*, alijum - *tali*, omissa syllaba simili, ut centies accidisse scimus. *instabili moerore*, inquieto.

6. p. 153, 23, P. S. 5, p. 159:

Nam me perbitere, illis opitularier i. s.

Dum possim, quovis cupio exitio.

I., male traiectis verbis: — *opit.*, *quo~~is~~exit.* *cupio*, *dum possim*.

7. p. 178, 7, P. S. 5, p. 146:

Belluarumque huc ferarum adventus ne tetret loca. t. t. c.

8. p. 185, 26, P. S. ib.:

Veniam precor, petens, ut, quae egi, ago, axim, verrunt  
bene. i. t.

possunt haec etiam dividi in duos senarios, quorum prior ἀκέφαλος finiatur verbo *precor*. I., corrupto metro: *Precor veniam*.

9. p. 213, 12, P. S. ib.:

Cuncta excitantem fremitu concidi melum. i. s.

I.: *Thesiantem*, versu ἀκέφαλῳ. scriptum *periboeacūctaexcitantem*, cum omissis, tum mutatis, similibus, abiit, ut opinor, in *peribocacathesiantem*, dein *peribocathesiantem*.

10. p. 262, 28, P. S. 5, p. 140:

Consternate anime, ex pectore hoc evolvere i. s.

Consilium studeas omne quod natum est modo,

Qui pacto inimicis mortem et huic vitam adferas.

I.: — *ex p. hac et volvere*, vel *evolvere Cons. subit omnes, quod de nata est modo* etc.

11. p. 477, 2, P. S. 5, p. 142. delendum glossema *mili*, quod versum impedit.

#### X. Teucro.

1. p. 111, 19, P. S. 5, p. 144:

Nos illum interea id perficiendo propitiaturos facul i. t.  
Remur.

1. sine sensu: *N. i. interea praeſcien-do. id haustum ab -ea.*  
minus arridet eo.

2. p. 152, 29, P. S. ib. immittenda copula, et *poenitudine*.

3. p. 490, 18, P. S. 5, p. 147:

Nisi citas ferocitate.

1., adscripto glossemate: *N. citia ferocitate atque ferocia.*  
Emendanda ipsius verba Nonii: „*Ferocia*, ferocitate,“ quasi  
vox *ferocia* explicanda sit notissima. Imo dedit ille: „*Fero-citate*, ferocia.“ fucum tamen ista videntur fecisse nescio cui,  
ut adiiceret verba: *atque ferocia*, quibus significaret, legendum  
esse apud Pacuvium *ferocia*, quo haec convenienter in-  
terpretationi Nonianae.

XI. *Ex Incertis*, p. 204, 30, P. S. 5, p. 155.:

Voce suppressa, caperata fronte, voltu turbido. t. t. c.

I.: *V. s., innato fronte, v. turpitude.* sic Vossius, eius in  
sententiam pedibus eo. v. P. S. 5, p. 118.

### B. C O M I C I.

#### I. L. Afranius.

##### I. *Abducta.*

1. p. 251, 31, P. S. 6, p. 160:

Nescis, Numeri: rem meam omnes melius callent quam volo.

t. t. c.

I.: *N., numeri mei omnem mel. call. rem qu. v.* Mercerus:  
*Numeri.* fuit haec igitur Togata, cf. fragm. Prodigii.

2. p. 374, 33, P. S. 6, p. 160:

Dispartiantur tum patris pariter bona. i. s.

L.: *D. patris bona par.*, voce *tum* hausta, ut videtur, a *tur* syllaba, quae antecedit.

### II. Auguribus.

1. p. 393, 14, P. S. 6, p. 161:

Quanquam non istis exercetur in locis i. s.

Hic noster, sed labore iam statim puer.

i. e.: sed labore statim, (idque) iam puer. I.: *Hic n. delabrat quoniam puer statim.*

2. 512, 21, P. S. ib.:

Hoc erit, clamor ut oriatur, si adsperranti firmiter t. t. c.

Instat.

locus insignis ad corruptionem, qui sic habeat in codd.: *Hoc heret, ut aut clam. oritur, sed spiritum f. i.* Hoc corripitur, ut saepius apud Plautum aliosque.

### III. Divortio.

1. p. 87, 22, P. S. 6, p. 165:

Genus morborum litium cognomine est. i. s.

i. e. lites morborum similes sunt. codd. mendose: *letium genus cognominationis morb. cognominis.*

2. p. 126, 24, P. S. ib.:

Novi. Ne dictes, quaeso, ne ille inatudiat. i. s.

I.: *Novis dictis quaeso* etc.

3. p. 174, 28, P. S. ib. delendum et.

4. p. 185, 28, P. S. ib. scrib. *verruncent.*

5. p. 393, 26, P. S. ib.:

Spurca ingeni e vestigio haud dici potest. i. s.

I.: *Sp. gigni vestigia* etc.

IV. *Epistola*, p. 207, 31, P. S. 6, 169:

— Quis tu es, ventoso loco, i. s.

Soleatus, intempesta noctu, subditus? etc.

I.: *vent. in loco — sub dio. dio* priore longa corrumpit versum.

V. Excepto.

1. p. 232, 25, P. S. 6, p. 172, scribendum arbitror: *dominum tuum.*

2. p. 523, 13, P. S. ibidem:

Profiscor. Res, tempus, locus, simul otium hortabatur,  
i. t. c.

Ut operatum illum degerem sanctum diem Dianaee.

3. p. 541, 10, P. S. 6, p. 175. scrib. *Solent, scil. meretrices.*

VI. *Fratriis*, p. 64, 24, P. S. ib. scrib.: — *purpuram,*  
*Praeclavio contextam.*

VII. *Imis* (?), p. 306, 25, P. S. 6, p. 176:

— Multa ac molesta es. Potin', uti dictum facessas? i. t. c.

I. metro pessumdato: *Potin', ut dicta facessas?* *Potin', uti dictum facessas?* i. e. num tacebis? Plautus Men. 2, 1, 24: *Dictum facessas doctum et discaveas malo.*

VIII. *Incendio*, p. 518, 7, P. S. 6, p. 177. etsi non plane improbo explicationem olim propositam verbi *facias*, tamen propter insolentiam eius significationis, et quia res ipsa videatur abhorrire, nunc malim scribi: — *facias lucrum.* increpatur hisce, ni fallor, aliquis in furto deprehensus inter incendium, haud dissimili menda *cultum* pro *culturum* legitur apud Caecilium Harpazomene, N. p. 128, 14, P. S. 6, p. 135.

IX. *Materteris*, p. 267, 32, P. S. 6, p. 178:

Ambo si adestis, profuturos arbitror i. s.

I.: *Ambon adestis* etc., quod quaerere ineptum est. — Verbis illis, quae leguntur fragmento 6. huius comoediae, p. 179., adiiciendum est *Proloquere.*

X. *Omnine.*

1. p. 375, 3, P. S. 6, p. 180:

— Tibi in utramque partem pollere et pariter potest. t. t. c.

I. : *T. in utraque parte pollet, et p. p.*

2. p. 518, 9, P. S. ib. :

Atque ille derepente in iumentum insilit. i. s.  
codd. insulse: *exsilit*. memorabile exemplum confusarum e et  
*in praepositionum*. cf. Titin. Gemina, fr. 4.

XI. *Pompa*, p. 111, 29, P. S. p. 181. scribendum et sen-  
sus et metri gratia: *Fluctuatimque*.

#### XII. *Privigno*.

1. 3, 12, P. S. 6, p. 182:

— Interea i. t. c.

Iactare verba et labris inter sese velitari.

I. : — *velitari, velificari*, de quo assentior Mercero.

2. p. 308, 15, P. S. 6, p. 183. satius est ponи *Occasio-*  
*nem captans*, scriptura codicum *Occ. cartha* similiore quam  
*Occ. nacta*, quod Mercero placuit.

3. p. 434, 8, P. S. 6, p. 184. malim: *festiva die*, et po-  
stremo versu: *At, quae profesta, contra ea concelebras focum*.

4. p. 512, 5, P. S. 6, p. 184:

Vivax, vetas quam duriter! Nunc consulo tergo meo! i. t.  
I. e.: nunc aufugiam, ne vapulem ab hero minore, re infecta,  
propter quam missus ab eo sum. Verba servuli ad senem,  
qui dure habet filium. codd.: *vetus*, cui haud convenit vox  
*duriter*.

XIII. *Simulante*, p. 124, 5, P. S. 6, p. 188: malim *regerit*,  
vel *reiicit*, pro *regit*. — Fragmento illo, quod habetur apud  
Nonium p. 267, 29, eademque pagina nostri libri, inserenda  
est nota alterius personae post *Coniicere*. respondet mater  
filio: *Nunc sine, etsi non vis* etc.

#### XIV. *Suspecta*.

1. p. 6, 8, P. S. 6, p. 190:

— Ita apud hunc eram adolescentulum, t. t. c.

Cui suspectam tradidisti, qui me est animi exercitus.  
*qui*, qua re, suspicione, quod intelligas ex verbo *suspectam*.  
I. : *Ita ut huic ero adolescenti, Cui suspicium tradidit, qui* etc.

2. p. 59, 23. P. S. ib. :

Tamen, anime, ordire oportet. Pausa paululum. t. t. c.

I.: *T. animo ord. op. me paula paululum*, cum prius fortasse scriptum fuisset: *animome*, librario emendatum subiecte mendoso, hoc non expuncto. Plautus Trin. 1, 2, 150: *Pausa : vicisti castigatorem tuum.*

3. p. 519, 17, P. S. ib. :

Noli stultitia multarum credere esse animum meum. t. t. c.  
libri soloece: *ex stultitia*: peperisse x litteram videtur s sequens.

XV. *Virgine*, p. 124, 19, P. S. 6, p. 192:

— Ne veniret, quod nunc agitur, in solum. t. t. c.  
nihil mutandum fuit. v. Ernest. Clav. Cic. v. Solum, area.

XVI. *Vopisco*.

1. p. 110, 1, P. S. 6, 194:

*Id, id est!* interii! actum! periit opera nimirum meae t. t. c.  
Ex animo fidelitatis!

*Id, id est*, emphatice, ut Terent. Eun. 5, 3, 1: *Quid, quid venire in mentem nunc possit mihi, Quidnam, qui referam sacrilego illi gratiam, Hunc qui supposuit nobis?* Caecil. Asot. 6, etc. I.: *Id est intus actum perit o. n. mea, ea aio fidelitatis*, in quibus *intus* ortum videtur ex *int'ii*, *intu*; *aio* autem nihil aliud est quam *aio*, notum compendium.

2. p. 146, p. 32, P. T. ib.:

Quoquo loco hunc offendo, semper nostrae sit malae procul!  
i. t.

I.: *Quoque nunc off. saepe procul nostra sit mala. loquo scriptum intercepit*, ni fallor, vox antecedens; h et n, itemque *sepe* et *sēper*, confundi, non est res nova.

3. p. 217, 50, P. S. ib.:

Non dolorum partitionis vénit in mentem tibi, t. t. c.

Quis me miseram perculisti, ut partum proiiceres pater?

I.: *veniet — Quos misera pertulisti — proiiceret p.*, quorum nec caput, nec pes appetit.

4. p. 235, 22, P. S. ib.:

— E quidem te nunquam accivi mihi

Parasitum etc.

*accivi*, quo carent libri, haustum videtur a vicinis utrinque syllabis. certe verbum eiusmodi requiritur.

5. p. 493, 1, P. S. 6, p. 195:

— Eius te suscitet

Imago, cuius effigia es, quo natus, patris!

1. : *Cuius te suscitat — effigia cognatus patre.* Mercerus: *quo gnatus, vel natus. natus, natus es.*

6. p. 496, 5, P. S. ib.:

Antiquitas repetenda in principio est mihi. i. s.

1. inusitate: *petenda.* raptum *re-* a *pe-* simili.

## II. C. Quintius Atta.

*Aquis calidis*, p. 468, 22, P. S. 6, p. 100:

Cum primo luci ut exornata hodie siet; i. s.

Atque auspicietis etc.

1. : — *hodie sit, atque ut ausp.*, versu adhaerescente, nisi *atque* ad superiorem referas; quod nolim.

## III. Caecilius Statius.

I. *Demandatis*, p. 124, 7, P. S. 6, p. 152:

Si unquam quisquam vidi etc.

sic Nonii ed. Hahniana, versu integro. aliis in libris meoque ipsius *quisquam*, nescio quomodo, omisssum est.

## II. Fallacia.

1. p. 430, 17, P. S. 6, p. 153:

Facile damnum ferre possum etc.

1. mira depravatione: *Facile aerumnam f.* p. neque enim adducor, ut quemquam facile ferre aerumnam putem; sed damnum facile fert, qui rem habet. forte librarii scripserint, d et a, itemque a et u, litteris confusis: *aumnam*, quod sensu cassum mutans in *aerumnam* pugnasse sibi visus fuerit aliquis corrector.

2. p. 511, 29, P. S. 6, p. 154:

— a. Velim paulisper te opperiri i. t. c.

b. Quantisper? a. Non plus triduum.

III. *Hymnide*, p. 134, 14, P. S. 6, p. 135:

— Qui te armari inepte iusti ferventi scutra. t. t. c.

Quin machaera licitari adversum aeneum coepsti, insciens, sunt haec facta ebrii, vel insani; aptaque est ebrii persona comoediae. sic equitem Quixoteum utres impugnare facit in fabula Milesia Cervantesius.

IV. *Hypobolimaea rastraria*.

1. p. 149, 6, P. S. 6, p. 157:

Obsorduit iam haec iuvene aerumnâ miseria. i. s.

I. : *O. i. haec in me aer. mis.*, quae vix latina sunt. proclivi lapsu iuuene mutatum est, neglecto simili, in iuue, deinde in inne et inme. veterem curam nova obsolevisse dicit.

2. p. 176, 8, P. S. ib.:

Nos singulatim sapere non minus arbitror. i. s.

I. : *Hos s. s. nos m. a.*

V. *Imbriis*, p. 525, 2, P. S. 6, p. 138:

Mirum adeo, nisi frater domi aliquam ebrius turbam det. t. t. c.

VI. *Meretrice*, p. 536, 10, P. S. 6, 139. Vox progubernator pronuntianda est τετρασυλλαβως, u liquecente, qua de re nos ad Plaut. Amphitr. prol. 74. ed. 1.

VII. *Nauclero*, p. 506, 4, P. S. ib.:

»Num habeo?« audibis. Praeterea, si dicis, filia redierit Pergamo. t. t. c.

I. : *redeat*.

VIII. *Obolostate*, p. 279, 30, P. S. 7, p. 140:

Depositus animâ, vitâ modo sepultu' sum. i. s.

IX. *Plocio*.

1. p. 97, 19, P. S. 6, p. 143:

Potiere, quod dant etc.

minus apte I. : *Patiere, q. d.*

2. p. 164, 25, P. S. 6, p. 144:

— Tu nurum non vis esse odiosam tibi? t. t. c.

Quam rarerter videoas,

3. p. 297, 26, P. S. 5. ib. scrib. metri gratia: *Intro  
abi.*

4. p. 484, 32, P. S. 6, p. 145:

Quid hoc futurum obsonio est, ubi tantum sumti factum?

X. *Progamo*, p. 346, 15: i. t. c.

Ita, quod laetitia me mobilitat, moeror molitur metu. i. t.  
l.: *I. qu. letiale me etc. laetitia iampridem ab aliis reposi-  
tum est.*

XI. *Syracusis.*

1. p. 96, 28, P. S. 6, p. 147:

— Tantan' huic invasit in cor damni dulcitas?

i. e. tamne cupit effundere rem suam? l.: *T. hinc inv. in  
corda indulcitas?* male Mercerus: *in cor Davi dulc.*?

2. p. 391, 22, P. S. ib.:

— Hic amet, t. t. c.

Familia ei fame perbitat, ager autem stet sentibus.

l.: — *familiae f. pereant.*

XII. *Title.*

1. p. 196, 9. P. S. 6, p. 148:

Ibi adiacentem compitum.

l.: *Ubi adidientem c., a et d litteris confusis, ut passim.*

2. p. 258, 33, P. S. ib.:

— Egon' vitam Atticam i. s.

Contendam meam cum rusticana istac, Syra?

*Syrus* et *Syra* servorum nomina sunt apud Comicos.

XIII. *Venatore*, p. 42, 27, P. S. 6, p. 149:

Credo; nimis tamen istuc sit verniliter. i. s.

l.: *C., n. tandem hoc f. v.*

XIV. *Ex Incertis.*

1. p. 82, 32, P. S. 6, p. 150:

Tantum bellum suscitare contra bellosum genus. t. t. c.

l.: *T. b. susc. conati adversarios contra bell. g., corrupto  
versu manifesto trochaico, cum verborum bell. genus nescio  
cuius interpretationem adversarios librarii inter ipsa verba*

Comici perscrispsissent. etiam *conati* glossema est, quo imperitus aliquis explicuit verbum *suscitare*.

2. p. 464, 21, P. S. 6, p. 150:

Calchissat hic vicinus: se ait te peperisse nobis. i. t. c.  
L.: *C. h. v. se asperisse et vobis.*

#### IV. Decimus Laberius.

I. *Anna Perenna.*

1. p. 90, 22, P. S. 6, p. 208:

*Collabella osculum.* er. d.

II. *Aquis calidis.* Ei fabulae assignaverim illa, quae Nonnius habet p. 140, 23, Gell. 7, 9, apud Scriverium et recentiores (P. S. 6, p. 211) perscripta sub titulo *Gallorum Non.*: *Laberius in Callis.* Imo: *Lab. in Caldis.*

III. *Carcere*, p. 214, 19, P. S. 6, p. 209:

*Homo frugi*, quod tibi relictum est, retine miserimonium.  
t. t. c.

ridicule *Lab. miserimonium* dixit, sicut *mendicimonium* et *moechimonium*, cum significaret miserum et pene ad nihilum redactum patrimonium. *homo frugi*, i. e. helluo, quem tristes rei suae reliquias retinere ac servare, nec etiam ipsas effundere, iubet ille, qui haec loquitur.

IV. *Colace*, p. 481, 6, P. S. 6, p. 210:

*Figuræ humanæ nimio ardore ignescitur.* i. s.

i. e. nimis amat feminam mortalem. corrupte L.: *Figura humana inimici ard. ign.*

V. *Fullone*, p. 208, 19, P. S. 6, p. 211:

*Virumne tu hunc Balearicum gruem*, an putas esse hominem?  
i. t. c.

VI. *Imagine*, p. 119, 27, P. S. 6, p. 212:

*Geniosque parens generis nostri.* a. d.

L.: *Genius gen. n. parens.*

VII. *Lacu Averno*, p. 90, 31, P. S. ib.:

— *Scinde una*, exolete, impatienter lupam  
Catulientem!

I. : — *exoletō impatienti catullientem lupam.*

VIII. *Palilicūs.* Ita scribendum est, non *Panilicis*, p. 114, 12, P. S. ib.

IX. *Sororibus*, p. 248, 4, P. S. 6, p. 215:

Laus cum adolescit, nominatur gloria. i. s.

I. : *Laus nomine gloria adolescit.* In nostra scriptura *cum*, sub ictu collocatum, non eliditur.

X. *Tusca*, p. 137, 26, P. S. 6, p. 216:

Concita mobilitatam mente me moestas. t.

I. : *C — tam mob — ta mente moestas.*

XI. *Virgine*, p. 84, 12, P. S. ib.:

Si quidem, mea colostra fretus, tenero vis infundere, t. t. c.

Fac sis, vel tu sumito aquolam ex fonte.

videntur haec esse verba virginis, quae clam peperit sub dio  
in silva vel agro, rusticumque aliquem, qui supervenit, orat,  
id ut faciat. *tenero*, infanti. I. : *Siquidem m. col. fr. terris*  
*studere fecisset sumere aquam ex fonte.*

XII. *Incerta.*

1. p. 74, 15, P. S. 6, p. 217:

Incipiunt adolescenturire, et nescio quid nugarum facere.

2. p. 106, 20: i. t. h.

Sic ego splendore fulgido pecuniae i. s.

Volo eluciscare exitum aetatis meae.

I. : *Sic e. fulgentis splend. pec. etc.*

### V. Q. Novius.

I. *Agricola*, p. 165, 25, P. S. 6, p. 41., malim: *fugito*  
*has personas, pater.* I. e. noli alias agere, atque es; noli  
dissimulare.

II. *Asinio*, p. 476, 5, P. S. 6, p. 42:

Age nunc, quando rhetorasti, respondeto, quod rogo.

I. : — *responde quod te rogo.* t. t. c.

III. *Colace*, p. 64, 9, P. S. ib.:

Et volo, et vereor, et facere in prolbvio mi est. cr. t.  
*mi* insertum a nobis est ad sustentandum versum.

IV. *Decuma*, p. 375, 31, P. S. 6, p. 44:

— Quid profanavi modo, t. t. c.

Si sim tris menses in aede, pariter ut disperbitem?

I.: *Q. pro — ri — dispertiam? Perbitare* dixit Plautus Capt. 611, *interbitare* Truc. 670, ut visum Acidalio, et depravari solent hae formae.

V. *Depactis*. Id malim quam, quod habet Non., *Depactis*, sensu cassum.

p. 509, 3:

Tibi, dum vivebo, fidus ero. a. d.

I.: *T. , cum v. , fidelis e. sed vix o* finale illud nominum ac verborum correptum invenias apud priscos poëtas Latinorum. vid. Charis. p. 5. Putsch., nos ad Plaut. Amph. 136. primae ed.

VI. *Dotata*, p. 219, 31:

— Meam in penum componam satius est.

VII. *Exodo*.

p. 116, 24, P. S. 6, p. 45:

Puerum mulieri praestare, nemo nescit. Quanto melior t. t.

Ille est, cuius vox gallulascit etc.

I.: — *nemo scit quanto melior sit, cuius etc.*

VIII. *Philonico*.

p. 148, 32, P. S. 6, p. 46:

Non multo post soracum ascendit, adsidet; i. s.

Consequitur paenularium, psilothrum petit.

I.: *N. m. p. sonarum accepit, absedet, cons. p. , cilotrum p.*  
Steph. et Maittair. : *psilothrum*.

IX. *Fullonibus feriatis*, p. 81, 22, P. S. ib.:

Vortit se in omnis bestias; comedet, quidquid tagit antrum.

i. t. c.

I.: — *quidquid tetigit tantum.*

X. *Gallinaria*, p. 4, 6, P. S. 6, p. 47:

O pestifera, Pontica, Afra, trux Tolutiloquentia! t. t. c.  
*Afra*; quasi dicat monstrum pessimum mulieris: monstrorum

enim ferax Africa. Horat. Sat. 2, 8, 94: *velut illis Canidia afflasset*, peior serpentibus Afris. cf. Sallust. B. Iug. 17. etc. codd. frigide et numeris fractis: *O. p., Pontica, fera* etc.

XI. *Macco excule.*

1. p. 4, 8, P. S. 6, p. 48:

*Edixin'*, iturum hominem in Tuscos tolutim? b. t.

1.: *Edixi.*

2. p. 336, 12, P. S. ib.:

Inferum autem, ubi ego omnino omnis digitos defregi  
meos! t. t. c.

desideratur in libris *omnino*, haustum a verbo simili, quod illud excipit.

XII. *Malevolo*, p. 126, 20, P. S. 6, p. 49:

— Unde hoc tam repente iucundum inaudivi melum?  
as., t. d. i. d.

XIII. *Pedio*, sive *Paedio.*

p. 316, 6, P. S. 6, p. 51:

*Cretatus* me dediploïdatum recta grassatur via. i. t.

*Cretatus* servus. codd.: *Cretanus*, nibili voce.

XIV. *Vindemiatoribus*, p. 473, 25, P. S. 6, p. 54:

— a. Quid stas? Age, move te, ignave! b. Tu ipsus progrederi  
1.: — move te inanem, i prius, progredi; habentque hacc  
omnia sub eadem persona.

XV. *Virgine praegnante.*

1. p. 508, 20, P. S. ib.:

— Quando ego t. t. c.

Plus sapivi, quae fullonem compressi Quinquatribus.  
ridicule se fullonem compressisse ait mulier, cum fortasse altera colloquens dixisset, se ab aliquo compressam esse. haud nolim metri gratia: *in Quingu.*

2. p. 516, 20, P. S. ib.:

— Sequere. as., t. d. i. d. c.

Puriter volo facias: igni atque aqua volo hanc accipere.  
codd. metro turbato: *Sequere me.*

XVI. *Zona*, p. 512, 3, P. S. 6, p. 55:  
 Duriter me habere, vigilare. t.  
 perperam libri: *vigilasse*, quemadmodum r et s litterae confundi solent.

## VI. L. Pomponius.

I. *Aeditumo*, p. 75, 15, P. S. 6, p. 104. malim: *immortalium*, liquefaciente i posteriore.

II. *Asinaria*, p. 515, 5, P. S. 6, p. 105. male sollicitavi verbum *festinatim*. versus est i. t. c.

III. *Buccone adoptato*, p. 479, 28, P. S. 6, p. 106:  
 Saepe ambit: invenit saepe. i.  
 i. e. Si saepe ambit, seu circumfit, ad quaerendum. codd.:  
*annuit*, quod natum videtur ex *amuit*.

IV. *Cretula*, p. 474, 9, P. S. 6, p. 107. malim metro expedito: *Belle eveniat*.

V. *Maccis geminis*.  
 1. p. 75, 26, P. S. 6, p. 110:  
 Perii, non puella est! Num quid abscondisti inter nates?  
 t. t. c.

codd.: *P.*, *n. puellula est*, *nunc quid* etc. argumentum simile Casinae Plautinae.

2. p. 150, 19:  
 — Poëta placuit populatim omnibus.  
 verba prologi. mendose libri: *Pomponius Magnus*: *Poëta* etc., Iunius: *Pomp. Maccis geminis*: *Poëta* etc. nos inter Incerta Pomponii: *Magnus poëta* etc. Fortasse Non. scripsit: *Pomp. Macc.*: *Magnus* etc.

VI. *Maiali*, p. 476, 1, P. S. ib.:  
 — Coenam queritat. t. t. c.  
 Si vocat nemo, revertit moestus ad maenam miser.  
 codd., immisso glossemate ἀμέτρῳ: *Si cum nemo vocat*.

VII. *Munda*, p. 474, 20, P. S. 6, p. 112:  
 Si Calendis domi convivant, Idibus coenant foris. t. t. c.  
 earent libri vocabulo *domi*.

VIII. *Pannuceati*, non *Pannuceatorum*, nomine inscribendum puto fabulam Pomponianam propterea, quod verisimile est, nonnisi unum personam illam tenuisse, filium minorem, reversum ab exilio specie mendici; cuius historiae similem de filio prodigo narrat Evangelista Lucas cap. 15.

IX. *Pappo praeterito*, p. 468, 7, P. S. 6, p. 114:

Populis voluptas haec est, tu ut volgo vages. i. s.

I. : *P. voluntas h. est*, et *vulgo datus*. vid. P. S. I. c.

X. *Parcis*, p. 476, 10, P. S. ib. :

Non erat quae corpus tremulum famula tutaret toga. t. t. c.

I. : *Pomponius Partis*: *N. e. quod c. tr. f. t. t.* Videntur parcorum duorum partes fuisse in ea comoedia; describiturque his verbis homo parcissimus. saepe confusae c et t litterae in libris.

XI. *Patruo*, p. 474, 24, P. S. ib. :

Mirum facies, fatuae si istud studium mirabis diu. t. t. c. abest codicibus verbum *istud*, haustum a vicinis.

XII. *Pictoribus*.

1. p. 17, 14, P. S. 6, p. 115:

*Magnus manducus, cammarus, canterius.* i. s.

I. : *M. m., camillus, cant.* notatur, puto, personae istius voracitas, qualis est cancerorum, et pigrities canterina, de qua vide Plauti interpretes ad Men. 2, 3, 44.

2. p. 323, 27, P. S. ib. :

Ipsus uno cum intestato servo senex proficiscitur. t. t. c. *senex* pronuntiandum, quasi esset *s'nex*.

3. p. 356, 8, P. S. 6, p. 116. malim: — *mercede ibi illico*. facile *ibi* exciderit.

XIII. *Piscatoribus*, p. 344, 13, P. S. ib. :

— Nescio quid est hoc, non merum, i. s.

Quod hic plorat.

*non merum, non sincerum, sed fictum.* *Quod o liquescente pronuntiandum est: Qu'd hic plorat.*

XIV. *Pistore*.

1. p. 146, 25, P. S. 6, p. 117. scribam̄s, expeditis numeris: *desubito*.

2. p. 517, 29, P. S. ib.

*Fit*, dum saevit, hilarus; tristis saltat; ridens ringitur.  
t. t. c.

descriptio hominis inconstantis. I.: *Fit desubito hilarus*, in quibus nihil est, quod opponatur hilaritati, qualis oppositio inest in verbis *tristis saltat*, *ridens ringitur*. facile autem dū-saebit abierit in *dusubit*, *desubit* etc. *dum saevit*, inter sae-viendum.

XV. *Porco*, p. 231, 15, P. S. 6, p. 118.

Decet, cacandum: *vipera in veprecula est*. i. s.

I.: *Pomp. Porto*, per hypocorisma: *Decedo cacadum, vepra est veprecula*. ἅποκόρισμα est verbum *veprecula*, quod mi-nus animadverti, cum hos poëtas ederem.

XVI. *Praecone posteriore*.

1. p. 20, 7, P. S. ib.:

Age modo, ista garri; particulones etc.

I.: *A. modo, sta, garri* etc.

2. p. 83, 4, P. S. ib.:

Dic iam, quid velis etc.

I.: *Si sciām, q. v.*, d et s litteris confusis, ut nonnunquam accidit.

XVII. *Prostibulo*.

1. p. 83, 33, P. S. 6, p. 120:

Quaero ego, quod comedim; quod cacent, has quaerere, consentaneum est. i. t.

I.: *Ego quaero quod edun, has quaerere quos cacent contra-rius est*. reponendum esse comedim, ex eo intelligas, quod eius formae exempla profert Non. h. l.

2. p. 224, 32, P. S. ib.:

Si valebit, plus in buccam vertet. sic dicam schemā.

t. t. c.

Si valebit aegrotus, plus comedet. hoc quoniam dicit ille

*plus in buccam vertet*, schemate, i. e. schematicè seu figurate,  
se loqui ait. *vertet*, se vertet, veniet. l.: *plus in b. vertet*,  
*si dicin schema*.

XVIII. *Sponsa Pappi*, p. 275, 23 et 469, 19, P. S. 6, p. 121:  
Pol mage curabo. Ubi cognorint, omnes una adsentiant.

XIX. *Vernionibus*. t. t. c.

p. 505, 17, P. S. 6, p. 122.

Sed, qui utrosque error vos agitat, expedibo. t.

XX. *Verre aegroto*, p. 515, 6, P. S. ib.:

— Sat heabo parciter: t. t. c.

Tanquam frater mihi sis, medium abdomen tecum dividam.  
*Sat parciter* per iocum dicit pro laute. l.: *Salbeolo parciter*,  
*tanquam fr. m. sis, med. abd. quam dividam. tequam*  
*scripserint pro tecum*.

### VII. Vectius Titinius.

I. *Barbato*, p. 552, 25, P. S. 6, p. 59:

— Ita Spurius animatus: i. t. c.

In proelium eques, veles, se recipit, neque — ferit quen-  
quam hostem.

l.: *animatur*.

II. *Fullonia*, p. 483, 17, P. S. 6, p. 62:

Ni nos texamus, nihil est, fullones, vobis quaesti. asyn.,  
2. anacr.

### III. Gmina.

1. p. 306, 29, P. S. 6, p. 63:

At aliquis vestrūm nuntiet Geminæ, ut res suas procureti.  
Aedibu' facessat. i. t. c.

1. versu pessumdato: *vestrorum*.

2. p. 406, 19, P. S. ib.:

Si cum scorto rus constituit ire, claves illico t. t. c.

Abstrudi iubeo, togae ne rusticae sit copia.

3. p. 486, 16, P. S. ib.:

Eu ecastor, si moratae sitis ambae moribus t. t. c.

Hibus, ut praecipio.

I. : — *ambae hibus ut pro ego moribus.* permisceri solent per prae et pro praepositionum compendia, nec g et p litterarum confusarum exempla desunt.

4. p. 495, 14, P. S. ib. :

Non insectabis parasitum, nec virum aspellis domo?

II. *N. exsecrat is paras., n. v. aspellit d.?* saepius e et in praepositiones confusae. v. Afran. Omine, fr. 2.

5. p. 497, 5, P. S. ib. :

Edepol hominis ignavi officium functus es! i. s.  
es abest libris, cui offecerit syllaba similis, quae antecedit.

#### IV. Proelio.

1. p. 102, 2, P. S. 6, p. 64:

Quam ego hodie extorrem hac domo faciam; iam pilatricem i. t. c.

Palli pulcre evallavero!

I. : — *faciam, pil. pallii evallavit o pulchre.* Mercerus:  
*evallavero. extorrem non liquescit.*

2. p. 375, 2, P. S. 6, p. 65:

Nae tu istum edepol inedia extulisti pariter ut fuit dignus.  
*fuit μονοσυλλαβως* legendum est. t. t.

3. p. 517, 13, P. S. ib. :

Sed, amabo, quid desubito tam repente ad me venisti?  
i. t. c.

#### V. Psaltria.

1. p. 314, 16, P. S. 6, p. 66:

Graveque obsonio convivas. t.

perperam codd,: *Gravique. Grave,* multum, valde, sicut  
explicat Non.

2. p. 496, 13, P. S. ib. :

Dicdum, quaeso, quo avortisti? Mein' fastidis, meae deliciae? t. t.

I. : *Dicis tu — te avort. ? moi —.*

3. p. 504, 21, P. S. ib. :

Manus lavite et velate capita, mulieres! i. s.

VI. *Quinto.*

1. p. 277, 16, P. S. 6, p. 67:

Quo eā parasitus abbitet, qui illum sciat i. s.

Delicere, ut noctem facere possit de die.

*Quo*, ut. eā, domo. 1.: *Quod ea par. habeat — Delicere, et noctem etc. habeat natum ex abeat*, interpretatione verbi prisci abbitet a perbitando.

2. p. 439, 12, P. S. ib.:

Quī exacta aetate sponsa despontata sit. i. s.

1.: — *sponsa sit desponta*.

3. p. 481, 19, P. S. ib.:

Ita uti eum oportet libertatem, qui sapit. i. s.

4. p. 482, 31, P. S. ib.:

— Nunc hoc uror, nunc haec res me festinem facit. t. t. c.

5. p. 507, 16, P. S. ib.:

— Cupidinis stultitiae i. t. c.

Petunt consilium gratiā bonā, ut parvifaciatur.

VII. *Varo.*

1. p. 95, 4, P. S. 6, p. 70:

Toto fluit in foco! delinge sis: dapalis coena est. i. t. c.

1.: *T. fit in f. de lignis indapalis coena.*

2. p. 131, 33, P. S. ib.:

— Lotiolente flocci fiet culo adulter. i. t. c.

1.: — *fiet et cularulor.*

3. p. 157, 10, P. S. ib.:

— Aequom est, habere me, quos pauperem meo sumplu. i. t. c.

VIII. *Veliterna.*

1. p. 277, 3, P. S. 6, p. 71:

Fortasse id votum fecisse etc.

codicibus abest *id.* versus sunt t. t. c., verbo *eius* pronuntiatio μονοσυλλάβως.

2. p. 591, 20, P. S. ib.:

Atque illud ante parium comedet; fundi stabunt sentibus. i. t.

*ante partum comedet*, olim acquisitum a maioribus patrimonium effundet amans adolescens, dum fundi eius pleni erunt sentium, i. e. negligentur. ita haec explicanda sunt, quod sero intellexi, dum vocem *partum* habeo pro substantivo.

3. p. 495, 13, P. S. ib. :

Omnium me vitium expertem, consili plenum, praehibui. t. t.  
Possis etiam haec ita dividere in iambicos senarios :

(At) omnium me — consili

Plenum , prachibui ,  
quemadmodum saepe dubites in fragmentis brevibus. ceterum  
codd.: *Omnium vit. exp., consilii pl. prohibui.*

*Incertorum* fr. illo, quod habetur apud Nonium p. 304,  
20, P. S. 6, p. 72, malim nunc:

— Metuo hercle , Caeso , ne nimis stulte fecerim , i. t.  
Qui ex tanta factione atque opibus illam sum ausus adgredi.  
I. : *Titinnius sed iam metuo — op. eam sum etc.* probabiliter  
Merc. nota: *Titinnius Setina*: *Metuo* etc. *eam* destituebat  
versum.

### VIII. Sextus Turpilius.

I. *Boethuntibus* , p. 332, 28, P. S. 6, 78:

— Qui verba venatur mea , i. s.

Postibus abscedat, nec sermonem hunc sublegat.  
I. : — *Pestis arscedat, et serm. hinc sublegam.*

II. *Canephoro*, p. 392, 25, P. S. 6, p. 79. malim: *Spissum  
itiner est*, sub ictu metrico collocata voce *itiner*.

III. *Epiclero.*

1. p. 96, 24, P. S. 6, p. 82:

Sperabam , dividiae tibi, cum aetas accesset, non fore i. t.  
Consilia nostra.

2. p. 321, 21, P. S. ib. :

— Nunc invitatus plusculum sese, ut solet.

I. : *Non invitatus* etc., quod minus verisimile videtur. *Non*  
et *Nunc* etiam apud Plautum confusa sunt Asin. 84, Most.  
335, et apud Vellejum 2, 54, initio.

3. p. 477, 14, P. S. 6, p. 83:

Cum matris, tum patris me miseretur magis. i. s.

l.: *Quam matris tunc etc.*

#### IV. *Hetaera.*

1. p. 127, 12, P. S. 6, p. 84:

Rhodia est, sed istuc commigravit iam diu. i. s.

l. versu hypermetro: *Rhodiensis est.*

2. p. 483, P. S. ib.:

Simulare me, ac se amare quaesti gratia. i. s.

amatoris verba, querentis de amica. l.: *Simulari me a se  
amari q. g.*

#### V. *Leucadia.*

1. p. 182, 2, P. S. 6, p. 86:

Antefacta igni committo: tristitias est antidotum.

as., t. d. et i. d. c.

l.: *A. igne comm., trist. ante dortium.* antidotum seu medicamentum esse ait tristitiae, si quis practerita obliviscatur.

2. p. 262, 12, P. S. ib.:

Viden' tu, Frugia, incessum? quam est confidens! Di  
ustum perduint! i. t.

l.: *V. tu frugis incessum etc.* *Frugia*, Phrygia, nomen ancillae, ut apud Terentium Heaut. de a et s litteris confusis v. Attius Atreo. cf. quoque fr. 4. huius fabulae, ubi l.: *insania.*

3. p. 325, 3, P. S. 6, p. 87:

— a. Sed quam longe est! b. Quin istim illico.

l., non immissa altera persona: — est, quam istū ill.

4. p. 467, 28, P. S. ib.:

— Voltu vecordi vagas: i.

Insanis,

v. ann. ad fr. 2.

5. p. 522, 25, P. S. ib.:

Utinam nunc apud ignem aliquem magnum adsidam!,  
vox ignem non est elidenda.

6. p. 534, 5, P. S. ib.:

Hortari nostros illico coepi, ut celerarent lembum. i. t. e.

**VI. Lindia.**

1. p. 212, 53, P. S. 6, p. 88:

Consilium hoc cepi; litteras misi ad senem i. s.

Nostrum; processe nobis ex sententia

Mercaturam.

*processe, processisse, sicut cesse apud Lucretium.* l.: *pro-*  
*esse — Merc., quod vix latinum,*

2. p. 352, 19, P. S. ib.:

— Ego interim in turba foras i. t.

Subdusi cum hac me, neque sat numero mihi videbar currere.

**VII. Paraterusa**, p. 186, 6, P. S. 6, p. 89:

Ego nondum hic etiam villicabar, Phaedria. i. s.

**VIII. Paedio.**

1. p. 85, 21, P. S. 6, p. 90:

Cuius adventu hodie Cypros claret insula. i. s.

2. p. 255, 22, P. S. ib.:

Age, hymenaeum increpa! er. d.

l.: *Age, tu h. i., quod et ipsum tolerabile est, sed durius,*  
*invecto molosso.*

3. p. 475, 30, P. S. ib.:

Ego praestolabo, illoc citante ut opitulem. i. s.

l.: *Ego p. illi eo cit. opitum.*

4. p. 489, 30, P. S. ib.:

— Progredior foras i. s.

Visere, quid hic tumulti est ante fores.  
est insertum a nobis metri gratia.

5. p. 500, 6, P. S. ib.:

— Iam desine i.

Meminisse illius formam.

**IX. Philopatro.**

1. p. 260, 8, P. S. 6, p. 91:

— Geminas fortunas, pater! i. s.

Hem, qua causa opere maximo hoc contenditur?

1. *Gemmeas fort. mater. hem., q. c. huc o. m. c. alias quoque commutatae inter se sunt m n et p litterae.*

2. p. 281, 25, P. S. ib.:

— Forte eo die

Meretrices ad me delicatae, ut Atticae,

Convenerant etc.

cetera me restituisse puto in libro meo. codd.: *meretricis ad me delenitate Atticae ut convenerant etc.*

## INDEX POETARUM

### EMENDATORUM.

	Pagina.
L. Afranius . . . . .	279
Liv. Andronicus . . . . .	269
C. Qu. Atta . . . . .	284
L. Attius . . . . .	251
Caecilius Statius . . . . .	284
Q. Ennius . . . . .	264
Dec. Laberius . . . . .	287
Cn. Naevius . . . . .	269
Q. Novius . . . . .	288
M. Pacuvius . . . . .	272
L. Pomponius . . . . .	291
Vect. Titinius . . . . .	294
Sext. Turpilius . . . . .	297